



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

XV. Vt vbi primum quis legerit, ibi permaneat clericus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

INNOCENTIVS MILEVITAN. II. HONORIVS IMP. 369
P. I. THEODOSIVS

ANNO CHRISTI 416. sanctitas vestra, melius vestris interlocutionibus roborare. Aurelius episcopus dixit : Non decuerat quidem, vt hæc repeteremus, nisi forte existerent inconsideratæ mentes quorumdam, quæ ad hæc statuenda nostros acuerent sensus. Sed & communis hæc causa est, quam insinuauit frater & coepiscopus noster, vt vñusquisque nostrum, ordinem sibi decretum a Deo cognoscat : & posteriores anterioribus deferant, nec eis inconsultis aliquid agere præsumant. Qua de re oportet eos, qui putauerint, spretis maioribus, aliquid præsumendum, competenter esse ab omni Concilio coercendos. Vniuersi episcopi dixerunt : Hic ordo & a patribus & a maioribus est seruatus, & a nobis Deo propitio serabitur, saluo etiam iure primatus Numidiæ & Mauritaniae.

XIV.

Deinde placuit, vt quicumque deinceps ab episcopis ordinantur, literas accipient ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes consulem & diem, vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur.

XV.

Item placuit, vt quicumque in ecclesia vel semel legerit, ab alia ecclesia ad clericatū non teneatur.

Dicit. 71.
Placuit, vt
quicumque
dixerit in
ecclesia.

XVI.

Placuit præterea, vt executoribus in omnibus iustis desideriis impertiatur. Placuit etiam, vt petatur a glorioſissimis imperatoribus, vt iubeant iudicibus dare petitos sibi defensores scholasticos, qui in actu sint, vel in officio defensionum causarum

* suscepito
officio
eligitur,

* dari

Concil. Tom. 4.

Aaa